

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

R 172397

CHRONOLOGIA

SACRA-PROFANA

A mundi conditu ad annum M. 5352 vel
Christi 1592, dicta

צמח דוד

GERMEN DAVIDIS.

Auctore

R. DAVID GANZ.

Cui addita sunt PIRKE vel capitula

R. ELIESER.

Vtraque ex Hebraeo in Latinum versa, & Observationibus illustrata; quibus etiam inserta sunt Hebraeorum tam veterum quam recentiorum testimonia de D. IESU, nec non de Pseudochristis Iudaeorum,

Per

GUILIELMUM HENRIC. VORSTIUM

C. F.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina IOANNIS MAIRE, c13 13 c XLIV.

De la Librairie del col. Comp. de la Comp. de St.

7034
g 19 d
34457

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

vationes quas in ipsorum precibus fecit, & quicquid apud eos locutus est. Præterea significarunt mihi, se hæc & illa quædam ex eius miraculis vidisse, de quibus quid mihi videretur interrogarunt. Hæc quidem omnia cognovi, atque ex illorum scriptis animadverti, miserum illum hominum destitui iudicio, sed Deum timere, nullaque sapientiâ præditum esse; & quicquid ab eo factum & ostensum esse ajunt, id omne falsum & ementitum esse. Ego verò in hoc sollicitus fui propter Iudæos, quibus concinnavi scriptum ferme trium quaternionum de rebus Messix regis, & de criteriis eius atque signis temporis quo appariturus est. Illos quoque hortatus sum, ut admonerent istum hominem, ne fortè & ipse periret, & synagogas in vitæ discrimen induceret. Sed ut breviter dicam, post annum captus est, & omnes qui ei priùs abhæserant, aufugerunt. Quidam autem ex Arabum regibus, postquam eum cepisset, interrogavit eum: *Cur hoc fecisti?* Respondit: *Mi Domine rex, verum ego dico, me juxta Dei mandatum hoc fecisse.* Ait illi rex, *quodnam miraculum & prodigium tuum est?* Cui respondit, *Mi Domine rex, caput meum amputes, & deinde ego resurgam, vidamque ut prius.* Rex dixit illi: *non potes prodigium majus hoc habere; & si ita erit, ego & universus mundus certò credemus omnia dicta tua esse vera & bona atque probabilia, ac majores nostros mendacium possedisse ac vanitatem, quæ illis non profuit.* Confestim rex gladium adferri iussit, quo allato caput ei resecuri mandavit rex. Atque interfectus est miser ille, cuius mors sit expiatio pro ipso & toto Israele. Iudæi verò plerisque in locis magnâ pecuniâ multati sunt, atque etiamnum ibi sunt quidam destituti iudicio, qui asserunt eum, modò revicturum, & è monumento suo resurrecturum. Hoc modo se res habet.

Ex Epistola R. Maimonidæ de Australi regione, quam latine vertimus.

Sciendum autem nobis est, in exordio regni Ismaelitici surrexisse virum quendam trans fluvium, qui dixit se esse Messiam, atque exiit è cætu decem milium Israelitarum. Signum eius erat, quod pernox leprosus, atque cum mane surgeret, formosus esset futurus. Sed non perfectum est opus ejus, neque diu permanit consilium eius; retractus enim est (ad sanio rem mentem,) relictusque sunt post ipsam Israelitæ in urbibus copiarum suarum in dura captivitate, atque redintegratæ sunt contra illos glomeratim afflictiones.

Sic quoque exortus est alius quidam in Occidente in regione Phas hodie anno 45, qui asseruit se esse Euangelistam & legatum Messiaë, & dixit, illum isto anno revelatum iri, sed prædictio eius non exiit in lucem, & denuò fuscitatæ sunt angustiaë adversus Israellem: significavit mihi quidam hanc rem, qui ipsemet omnibus interfuit.

Ante decem circiter annos surrexit in terris Hispaniaë alius vir in regione Cordubensi, qui asseruit, se Messiam esse, & denuò exiguaë molestiaë pernicies excitata est ab inimicis Israelis.

Ante triginta quasi annos alius quidam surrexit in Gallia, qui dixit se Messiam esse; sed trucidarunt ipsum Galli, cumque eo univertsum cætum sanctum.

Surrexit quidam ex eruditis in Hispania, atque composuit librum de argumento termini (scil. quo venturus esset Messias) iuxta motum astrorum, & dixit Messiam aliquo anno revelatum iri: sed nullus fuit ibi ex sapientibus nostris iustis, qui dicta atque consilium eius non contemneret, & collocaret eum in gradu dementium, eò quod faceret ac testaretur finem (scil. termini) esse. Existencia autem huius (libri) maius malum ipsi creavit, hoc est, derisus & fatuus habitus est, eò quod deprehendimus isto tempore, quo prædixerat revelatum iri Messiam, surrexisse in terris Occidentalibus Rebellem hunc arrogantem. Atque hæc perfecta stoliditas habita fuit præditis hæc scientia.

Paulò post ipse Maimon ex sua sententia inquit. Tempore autem, quo revelabitur (Messias,) magna erit angustia super Israellem, quia dicitur: *Cùm videbit abiisse manum, & conclusum cum delicto nihil esse,* tunc revelabit eum Sanctus ben. & perficiet id, cuius spem fecit. Loquitur etiam propheta admirabundus de tempore, quo visurus esset liberatorem: *Quis autem sustineat diem adventus ejus? & quis consistet cùm apparuerit?* Atque hæc est veritas, quam credimus de hoc argumento. Tempus autem hoc manifestum fit ex verbis Danielis, Eiaiaë, & ex cæteris dictis magistrorum nostrorum b. m. adventum ejus fore. cùm fuerit fusa circumquaque manus seu potentia Edom & Arabiaë, atque extensum fuerit imperium eorum in hoc mundo, sicuti hodie est. Atque hac de re nullum dubium est, & illud (regnum scil.) nondum præterit. Daniel etiam postquam narraverat finem regni Israelitici & ortum Machumedis, post illum deinde (refert) adventum Liberatoris. Sic quoque Eiaias exponit, probationem de adventu Messiaë, fuisse visionem stolidi. ita enim inquit:

Cùm

Cum vidisset currum, par equitum, currus asinorum, currus camelorum, & Esai. xxi. attendisset multa attentione. Ait autem, quod inequitum asino. hic est Messias de quo dicitur: *Quia humilis insidens asino, & super pullum asini.* veniet autem cum se circumquaue diffuderit ortus insidentis camelo, qui est rex Arabiæ. Quod verò inquit: *Par equitum*, ista est mixtura duarum gentium, seu Imaelis & Edom.

Hoc quoque liquet ex somnio de statua, atque ex somnio de animalibus commemorato in Daniele, Atque hæc manifesta sunt ex liberali sensu scripturarum. Sed verum tempus liquidò non scitur. Est verò traditio penes nos magna & admiranda, eam accipi à patre meo, hic à patre & avo suo, qui hanc rem. per traditionem dederat, & sic deinde usque ad initium captivitatis Hierosolymitanæ, prout illud dicitur: *Captivitas hereditare hoc fecit filiis Israel.* Obad. v. *lis, mercaturam exercentibus usque ad Galliam, & captivitas Hierosolymitana, que in Hispania est, hereditare hoc fecit urbibus Austri.* 20. Sensus verò huius dicti est, in vaticinio Bilhami mysticè significatum esse, prophetiam reversuram esse ad Israelitas, postquam inter illos desierat: quia sunt in lege versus, in quibus licet scopus sit de certa aliqua re, tamen in iis quoque mysticus sensus est de alia re; prout deprehendimus in dicto Iakobi Patris nostri, cum dixit filiis suis. *Descendite* (יָרֵדוּ) *ed*, qui commemorati erant in Ægypto iuxta numerum יָרֵד, quæ (literæ designant) 210 annos. Sic quoque dictum. *Mosis magistri nostri, super quem pax, cum ait: Quia genuisti filios & nepotes, & habitatores veteres facti sunt in ista terra; quia habitavimus in terra Israelis, & die quo eam ingressi sumus usque ad captivitatem regis Ioachin, cuius indicium est יוֹאָחִין seu 846 annis: & plura huic similia. Traditione quoque accepimus simile huic rei, videlicet quod locutus fuit Bilham, Deum quasi dixisse Iakobo & Israeli, quid facturum esset. In hoc autem est mysterium, ut à tempore illo sit supputandum iuxta numerum, qui est à sex diebus creationis usque ad illud tempus, & tum prædicturos esse illos prophetas, quid Deus facturum esset. Prophetia verò hæc dicta est anno 40 ab exitu Ægyptiaco: & deprehendes ab initio huius supputationis usque ad illud tempus 1488 annos esse, cuius signum mnemonicum est יָרֵדוּ cum aspirabit liberatos. Atque iuxta hanc collationem & explicationem rediret prophetia ad Israelem anno 4976 à creatione: Nullum autem dubium est, quin prophetia reversura sit ante Messiam, iuxta illud: *Et propbetabunt filii ac filie vestre, &c.* Hæc (sententia) verior est omni supputatione, quæ de aliquo termino profertur. Dicimus.*

Dicimus hanc veram esse, quia dehortamur & interdici-
 summa prohibitione, ne eam revelemus, ne sit in oculis plebis
 quasi longius remota. Indicavi eam tibi, sed Benedictus novit.
 Quod verò ais, hoc esse tempus, de quo prædixit Ieremias: *Et tem-*
pus angustiae erit Iakobo, atque ex ea servabitur. Non ita se res habet: hæc
 Jer. xxx. enim scriptura necessariò respicit bellum Gog & Magog, atque e-
 7. rit per aliquod tempus, postquam iam revelatus erit Messias. Sed
κεντήριον de temporum minutis & huic similibus est valde debile,
 neque originem habet à sapientibus, nec ex eorum dictis (deprom-
 ptum est). Quædam ex iis sunt in parabola & ænigmate sita; ne-
 que prudenter ageres si de hac materia loquereris.

Quod autem narraſti de historia viri istius, qui assertuit in urbibus
 Meridionalibus se esse Messiam. Scito, me non mirari de illo, ne-
 que de credentibus in illum: quia (ipse) proculdubio demens est;
 nec in ægrotò delictum aut prævaricatio est, nisi ipse morbos suos
 (ad alios) transferat. Sic quoque non miror de credentibus in
 ipsum; cum ingenium eorum sit exiguum, & ignorent locum at-
 que dignitatem eximiam Messiae; ut hic illis in mentem venerit. Sed
 de te miror, qui es ex filiis legis, & insistis libris sapientum, quod
 ignores, mi Frater, Messiam fore prophetam valde magnum, &
 majorem omnibus prophetis, excepto solo Mose magistro nostro,
 super quem pax. Præterea etiam quòd nescias, illum, qui dicit
 se Messiam esse, si deprehensa fuerit prophetia eius falsa, reum
 esse mortis, quia ad se pertraxit dignitatem hanc insignem; prout
 supplicio afficiendus est, qui vaticinatur in nomine idoli, quia
 sic scriptum est: *Propheta, qui superbe arrogat sibi loqui in nomine meo.*
 Deuter. xviii. 20.

Quænam autem probatio maior est, illum mentitum esse, quàm
 quod ad se traxerit nomen Messiae? Et admiratio me subit de verbis
 tuis, quod dicas, manifestum hoc esse ex felici successu, & esse in
 illo aliquam sapientiam. Cogitasne illum propter has dotes fore
 Messiam? Sed oportuit hoc te dicere, quia non attendisti ad digni-
 tatem Messiae, quænam ea sit, & qualis futurus sit eius ortus, in
 quonam loco sit futurus, & quodnam signum sibi proprium sit ha-
 biturus. Dignitas autem eius excellentior & honorabilior erit di-
 gnitate prophetarum præter Mosen magistrum nostrum. Et quædam
 illi propria cõcessit Sanctus ben. quæ non dedit peculiaria Moli ma-
 gistro nostro, qui dicitur de eo: *Cuius odoratus eris in timore Domini:*

Esa. xl. 3. *Non ad aspectum oculorum suorum corripiet. Et quiescit super illum spiritus*
 ier. 2. *Domini, spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus consilii & potentiæ, spiri-*

tus scientiæ & reverentiæ Domini. Erit iustitia cingulum lumborum ejus, & vers. 5. fides cingulum feminum ejus. Vocavit ipsum quoque Sanctus ben. sex nominibus, cum ait: Quia puer nobis natus est, filius nobis datus est; in cuius humero erit principatus; & vocabitur nomen ejus, admirabilis, consiliarius; Deus fortis, pater aternitatis, princeps pacis. Atque ita vocat eum per modum divisionis, ut indicet, dignitatem eius excellentiorem fore dignitate omnium hominum. Inter proprietates cujuslibet prophetæ apud nos notas, est, ut sit consummatæ scientiæ, & tum Sanctus ben. illum facit prophetam. est enim inter nos articulus, prophetiam non residere nisi super sapientem, fortem & divitem, cujus sensus est, quod fortis sit, si appetitum suum subiuger, dives quoque sit, si locuples sit scientiâ. Si verò surgat homo & dicat se esse prophetam, qui non fuit illustris scientiâ, eique non credamus, quantum minùs si dixerit aliquis è vulgo se esse Messiam? Hæc verò una est ex rationibus, quod sit ex plebe, quia iussit homini dissipare omnes opes suas, easque elargiri pauperibus. Omnes autem illi auscultantes sunt stolidi: Peccator quoque est, qui contrarium quoque facit legi; juxta legem enim nostram non oportet eleemosynam facere ex omnibus divitiis, sed ex parte earum; sic enim scriptum est: Si res devota, quam devoverit vir ex omnibus, quæ ipsi (sunt); ajunt autem qui traditiones auditas acceperunt כל אשר לו ex omnibus quæ ipsi sunt, non verò כל אשר לו, omnia quæ ipsi sunt vel habet. Posuerunt beneficentiæ sepimentum & limitem, qui est, cum quis obliviscitur quintæ partis, si quis expendat, inquit, ne expendat plus quinta parte. Nullum autem dubium est, quin animus & mens illorum, qui eum honorarunt asserendo ipsum esse Messiam, fuerint eum extollere, ut præciperet hominibus egredi ex omnibus suis facultatibus, quod turmatim confluerent pauperes, ipsi fierent pauperes, & egeni divites, ac tenerentur ipsimet ex sententia eius restituere illis divitias eorum; atque hoc pacto opes inter egenos & divites in circulum redirent; quæ est manifesta insania.

Esa. ix. 6.

Levit. xxvii. 28.

Quænam autem erit qualitas ortûs Messiæ? & quonam in loco conspicietur?

Primò videbitur in terra Israelis; quia in terra Israelis erit initium apparitionis ejus. sic dicitur: Repente veniet in templum suum Dominus, quem queritis, & angelus federis, quo vos delectamini: Ecce venturus est, ait Dominus exercituum. De qualitate autem ortûs eius scito, quod non cognoscetur exortus ejus, priusquam de illo dicatur, quod sit alicujus filius & ex prosapia aliqua. At si surrexerit vir aliquis, qui

Mal. iii. 1

ante apparitionem suam non fuerit notus, tum signa & prodigia, quæ ejus operâ videbuntur, erunt probationes de vera eius profapia; sic enim inquit Sanctus ben. cùm indicaverat nobis hanc rem:

Zach. VI. *Ecce vir Tzëmach nomen ejus, & sub ipso germinabit.* Sic quoque ait Esaias; cùm apparuerit, ignotum fore quisnam sit ejus pater, mater,

Esa. LIII. *Et ascendet tanquam tenera planta coram illo & tanquam radix, &c.* Alius autem cùm revelabitur in terra desiderabili (Canaan) & collecturus est omnes Israelitas Hierosolymam, atque ad cæteras ditiones Israelis; tunc extendet se populus & diffundetur versus Orientem & Occidentem, adeo ut pertingere vos facturus sit ad terram Australem; & incolas alios post vos ad terram decoris sui;

Esaia. *sic enim scriptum est per Esaiam: Mittenti per mare legatos, & instrumentis scirpeis per superficiem aquarum. Ite nuntii leves ad gentem distractam & depilatam, ad populum formidabilem ex eo loco; gentem omnibus delineantem & conculcantem, cuius terram diripiunt flumina. Ad locum nominis Domini exercituum, ad montem Tzëonis.* Generalem autem complexum dignitatum ejus, qui refertur per prophetas, à Mose magistro nostro, qui est initium eorum, usque ad Malachiam finem illorum, poteris colligere ex 24 libris. Attributum autem ipsius proprium est, quod tempore, quo revelabitur, conturbati sint futuri omnes reges terræ ab ejus fama, & contremiscet atque turbabitur regnum eorum, atque machinabuntur, quomodo contra ipsum gladio aut aliis rebus poterint consistere, hoc est, non poterunt decipere aut oppugnare ipsum, neque poterunt illi mentiri, sed conturbabuntur miraculis ejus operâ (factis,) atque apponent manum ori suo: sic enim inquit Esaias de tempore illo, quo narrat de illo reges audituros, ait de illo: *Propter ipsum occludent reges os suum, quia non fuerat narratum ipsis, videbunt, & quod non viderant, intelligent.* Dicit quoque,

Esa. *illum morte affecturum, quemcunque voluerit enecare verbo suo, & non poterit eripi aut liberari ab illo; ita enim inquit: Et percutiet terram sceptro oris sui, & spiritu labii sui interficiet impium.* Removebitur autem desolatio & bellum ab ortu atque occasu solis; istudque fiet non sub initium revelationis ejus, sed post bellum Gog & Magog, prout exposuit Ezechiel, super quem pax.

Non video autem in illo, qui in regione vestra exortus est, esse aliquid ex omnibus illis. Vos quoque nostis virum istum cum omnibus suis magnis (rebus gestis) quæ ipsum sequuntur, veluti quod effecerit resurrectionem mortuorum, sicuti sibi imaginantur, aliaque ejus miracula, quæ confinxerunt. Cùm autem nunc manifestâ probatione

Esa. LIII. *15.*

Esa. XL. 4.

batione omnia illa cum iis (miraculis) consumpta sunt, non evadent ratiocinatio suo, quo arguunt illum esse Messiam, quia illis ostendimus ex Scripturis mille notas aut circiter, quæ (in illo) non sunt. Iuxta illorum autem rationem accipiet hanc dignitatem, quicumque cum ipso voluerit facere; quod ridiculum & ludicrum est. Summa rei est; hunc virum, quod dixit, istud ex superbia & protervia asseruisse, ac penes me reum esse mortis: Sed illud magis affine est iudicio meo ac verum, phantasiam & intellectum ejus corruptum atque vitiatum esse. En autem monstrabo vobis & illi utile consilium, ut scilicet sit ligatus aliquot diebus, donec inter omnes gentiles divulgatum sit, ejus phantasiam atque cogitationem esse corruptam, & ingenium ejus periisse. Hoc autem significate & divulgate in mundo, & postea solvite eum, atque sic liberabitis illum prius. Cum enim de illo audient gentes, quod confinxerit se esse Messiam, atque hoc cum illo egeritis, tum ludibrio ipsum habebunt, prout judicant de viro fatuo & mentis impote, sicut ipse est; atque eripietis animam vestram ex afflictione gentium. Si autem segnes in hac re fueritis, donec disseminetur hoc inter gentes, morte eum afficient: Absit autem ut hæc turba vos involvat. Notum est vobis, Fratres nostri, Sanctum ben. divisisse inter populum hunc aliquot acerbas nostras afflictiones, seu in gente Ismaelitica, cuius afflictio vehemens contra nos est, atque ingeniosa est deprimendo & contemnendo nos; prout enim decrevit contra nos, sic & hostes nostri sunt iudices. Neque surrexit contra Israelem gens inimicior hæc, nec populus, qui afflixerit nos consummatoriæ miseriam, ut nos attenuet, imminuat ac spernat, quàm hic; ut etiam David (super quem pax, cum prævideret in Spiritu S. omnes angustias Israeli eventuras) incepit vociferari & suspirare voce populi afflicti à filiis Ismael, & dixerit: *Hei mihi, quia peregrinor tam Psalm. diu: habito in tentoriis Kedar.* Observate autem cur meminerit *Kedar* cxx. 5. præ cæteris filiis Ismaelis; quia stolidus hic est ex filiis Kedar, prout ex ipsius genealogia manifestum est. Præterea, Daniel quoque non enarrat attenuationem & diminutionem nostram nisi sub regno Ismaelis, quod citò subiugabitur; sic enim ait: *Et deiecit in terram ex exercitu (cæli), & stellas; conculcavit eas.* Nos autem etiamnum toleramus illorum servitutem, mendacia & calumnias supra vires nostras; quia non est in potentia hominis robur sustinendi talia, sicuti David, super quem pax, ait: *Ego verò tanquam sardus non audivi, & tanquam musus, qui non spernit os suum;* prout etiam sapientes nostri admonent

nos, ut toleremus mendacia Ismaelis, & ad illa fileamus; atque observant ad hunc versum, quod sit scriptus nomine filiorum eius (Davidis): *Famam, silentium, onus, audi, file & perfer.* Conspiramus autem nunc omnes magni & parvi portare servitutem illorum; sic enim inquit: *Corpus meum expono percussoribus, & malas meas depilantibus,* *Esa. l. 6. faciem meam non abscondo à contumeliis & spūto.* Itaque non poterimus nos semper asserere ab illorum magna afflictione & protervia. Quocumque autem tempore nos illorum pacem sectamur, illi nos furore & bello persequuntur, prout ait David: *Ego pacem (diligō), & cum loquor, illi ad bellum: Quāto magis, si excitabitur (Ismaelitica gens) adversus nos, & in regno de falsis & mendacibus rebus clamabitur, creabimus periculum animabus nostris, & deveniemus ad necem.* ?

Psal. cxx. 7.

Ex Schebet Iehuda pag. 25. ad annum 4906.

SECT. 31. Septem annis ante decretum hoc, de quo supra locuti sumus, habuerunt Israelitæ vehementes angustias propter virum Belial, qui seipsum fecit Messiam; & rex atque principes valde accensū sunt excaecescentiā contra Iudæos, ut dicerent, eos quære-
re interitum regni sui Messia petitione. Maledicti huius nomen vocatum fuit *David El-David*, ex urbe Omadia; & erat ibi cœtus magnus, circiter mille familias divites, refertas, honestas & felices continens. Atque Ecclesia hæc erat principium cœtum habitantium circa fluvium Sabbathion, atque erant plus quàm centum Ecclesiarum. Erat hic initium regionis Mediæ, atque lingua eorum erat idioma Thargum; inde autem usque ad regionem Golan est iter 50 dierum, & sunt sub imperio Regis Persiæ, cui dant quotannis tributum à 15 annis & ultra aureum unum. Vir autem hic *David El-David* studuit coram principe captivitatis Chaldæi & coram excellenti scholarcha in urbe Bagdad, qui eximius erat sapiens in Thalmude & omnibus scientiis exoticis, atque in omnibus libris divinatorum, magorum & Chaldæorum. Hic verò *David El-David* ex audacia & arrogantiâ cordis sui elevavit manum contra regem, & collegit Iudæos habitantes in monte Chophtan, & seduxit eos, ut exirent in prælium cum omnibus gentibus. Ostendit iis signa; sed ignorabant quam virtute: Erant enim homines, qui assererebant istud per modum magiæ & præstigiationis fieri, alii dicebant, potentiam eius magnam esse propter manum Dei. Qui in-

con-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

INDEX

In Chronologiam & Observationes ad eam.

A.	anno Abrahamo facta.	200
A Aron natus. 13. 166. mortuus. 16	<i>Aelia Capitolina.</i>	308
<i>Abadon judex.</i> 21	<i>Aepbilus Rex Babel.</i>	167
<i>Abeñ Ezra.</i> 132. 136	<i>Aera creationis an Iudeis semper fuerit usitata. 187. quando incipiat.</i>	
<i>Abiab rex Iebudæ.</i> 28	<i>191. 195. an satis accurata. 197.</i>	
<i>Abimelech judex.</i> 20	<i>quando inceperit apud Iudeos. 61</i>	
<i>Abraham Astrologus.</i> 70	<i>Aera contractuum triplex quæ. 253</i>	
<i>Abraham natus. 8. 163. 306. exiit ex Cbaran. 9. 201. circumcissus. ibid. mortuus. 10. unde aram suam inceperit.</i> 196	<i>Aera Contractuum exordium. 58. 194. 195. 253. occasio. 59. & deinceps. de ea dissertio R. Azaria.</i>	247
<i>Abrahami duas esse vocaciones.</i> 200	<i>Aera Iudaicæ & Christianæ discrimen.</i>	207
<i>R. Abraham f. Dior.</i> 267	<i>Agareni.</i>	313
<i>R. Abraham Zacuth autor libri Iuchasin.</i> 150	<i>Agarenorum mercenaria militia.</i>	313
<i>Absolom.</i> 26	<i>Agrippas I. Rex.</i>	89. 284
<i>Abthalion & Schimaus Principes.</i> 82	<i>Agrippas II. Rex, primi fil. 90. populo ne rebellarent Romanis dissuadens, dura patitur. 91. cum Rom. copias conjungit. 92. interficitur à Vespasiano.</i>	Ibid.
<i>Academie Pompeditanæ & Soranæ initium.</i> 113	<i>R. Akiba fil. Iosephi, Princeps. 86. 99. 264. 282. de ejus discipulis fabula. 99. eius mors. 103</i>	
<i>Achab Rex Israelis.</i> 31	<i>Achases Rex Ismaelis.</i>	130
<i>Achas Rex Iudæ. 41. undecimo an. ætatis genuisse Hiskiam. 43. 241</i>	<i>Allegoariarum abusus in sacris reprehenditur.</i>	187
<i>Achazia Rex Israelis. 31. cecidit per cancellos cœnaculi.</i> 32	<i>Alexander rex è familia Chasmonæorum, & ejus historia. 79. 277. 278.</i>	
<i>Achazia R. Iudæ.</i> 33		
<i>Achias Propbeta.</i> 26		
<i>Achor f. Gira.</i> 166		
<i>Acracarnes, vide Ascaraznes.</i> 169		
<i>Ada bar Ababa, eximius Astrologus.</i> 112		
<i>Adam mortuus.</i> 5		
<i>Adam & Eva liber.</i> 144		
<i>Aegyptus Nebucadnezari sabacta. 50</i>	<i>Alexander Macedo. 57. 245. contra Persas movet. 57. Darium capit, ac Monarchiam transfert in Græcos.</i>	
<i>Aegyptiaca servitutis predictio quo</i>		

I N D E X.

<i>cos. ibid.</i>	58. 176.	<i>ascendens</i>	<i>Annos Regum Israelis perplexos esse.</i>
<i>adversus Ierusalem placatur.</i>	59.		27. <i>eorum catalogus diversus.</i> 209
<i>Iudeis prestitis quietem.</i>	67.	<i>inter-</i>	<i>Antigonus Aristobuli frater dolo fi-</i>
<i>ficitur. ibid. de eo & Angelo sa-</i>		<i>bule</i>	<i>liorum interficitur.</i> 78
<i>Rabbinicæ.</i>	245		<i>Antigonus Aristobuli I I. fil. Rex.</i>
<i>Alexandra uxor Alexandri Inai, re-</i>			82. <i>Hircanum prodidit ac auri-</i>
<i>gina.</i>	79. 278		<i>bis mutilavit.</i> <i>ibid.</i>
<i>Almegisti liber.</i>	150		<i>Antigonus Sacerdos.</i> 67
<i>Amatzia Rex Iudæ.</i>	36.	<i>percussit E-</i>	<i>Antiochus Epiphanes.</i> 71. <i>eius impe-</i>
<i>dom.</i>	39.	<i>mortuus.</i>	<i>rium ac scelera.</i> 72. <i>pæna.</i> 74. 272
<i>Aminus vel Amyntes R. Babel.</i>	166		<i>Antiochus Eupator Rex.</i> 74. <i>sedus</i>
<i>Ammon fil. Davidis.</i>	25		<i>init cum Iuda Maccab.</i> 75
<i>Ammon Rex Iudæ.</i>	45		<i>Antiochus Sedetes.</i> 76. <i>Pius.</i> 77. 276
<i>Amos pater Iesaiæ.</i>	35. 221		<i>Antiochia à Mucbamed capta.</i> 313
<i>Amos Propbeta.</i>	38. 241		<i>Antipater, pater Herodis.</i> 80. 81
<i>Amothritus vel Amamithbres, R. Ba-</i>			<i>Antoninum Cæs. profelytum fuisse</i>
<i>bel.</i>	165		<i>factum.</i> 179
<i>Amraphel.</i>	164		<i>Apostasia multorum Iudeorum.</i> 149
<i>Angelorum classes decem unde statuunt</i>			<i>Aquila profelytus iustitiæ, legem ver-</i>
<i>Rabbin.</i>	186		<i>tit.</i> 101. 290. 181. 308
<i>Anglia exstructa.</i>	167		<i>Aradius vel Arileus Rex Babel.</i> 164
<i>Annen Sadducæorum patronus.</i>	125		<i>Arbab Thurim liber.</i> 145
<i>Annus menstruus refutatur.</i>	198		<i>Arbaces Rex Persiæ & Mediæ.</i> 169
<i>Annus in octo menses divisisse Gre-</i>			<i>Arca capta & translata.</i> 22
<i>cos. 7. negatur.</i>	199		<i>Arcbelaus fil. Herodis Regis, im-</i>
<i>Annus supputandi apud diversas gen-</i>			<i>pius & crudelis.</i> 86. 282
<i>tes varia ratio.</i>	198		<i>Aristobulus I Cbasmonæus, Rex.</i> 78.
<i>Anni incompleti pro completis nume-</i>			277.
<i>rantur.</i>	28. 32. 36		<i>Aristobulus II. Rex Cbasmonæus.</i> 80.
<i>Anni Sabbatici & Iubilei capti.</i>	17.		<i>vinctus Romam ducitur.</i> <i>ibid.</i>
<i>eorum calculus incertus.</i>	211. 212		<i>suspenditur.</i> 81. 278
<i>Annonum ab Adamo usque ad Abraba-</i>			<i>Aristoteles.</i> 176. <i>eius Ethica in lin-</i>
<i>num discrimen unde.</i>	196		<i>guam sanctam translata.</i> 147
<i>Amor primædos nostris fuisse aqua-</i>			<i>Arius Rex Babel.</i> 164
<i>les.</i>	7		<i>Arnilos Antigonista Messie vel An-</i>
<i>Annos quomodo Israelitæ numerarint</i>			<i>sicbristus.</i> 281
<i>diversis temporibus?</i>	61		<i>Arphacsad natus.</i> 7. <i>obiit.</i> 10.
<i>Annos supputandi ratio Iudeis non</i>			<i>Arrianorum secta.</i> 312
<i>una.</i>	188. 195		<i>Artaxerxem fuisse Darium.</i> 54. 56
			<i>Artaxerxes</i>

I N D E X.

<i>Artaxerxes vocatos fuisse omnes Per-</i>		<i>Bacchides dux.</i>	76.276
<i>sue reges.</i>	55.175	<i>Bacbur liber Elizæ Grammatici.</i>	
<i>Aruch liber.</i>	134		151.
<i>Asa rex Indæ. 29. laborat expeditibus.</i>		<i>Balatores rex Babel.</i>	166
31.		<i>Barachias, qui Zerubabel.</i>	310
<i>Ascatades Rex Babel.</i>	166	<i>Bar Cochaba vel Cuziba Pseudo-cabri-</i>	
<i>Ascaraznes Rex Babel.</i>	169	<i>flus.</i>	101.180.290
<i>Aschare in Thalmud.</i>	144	<i>Baruch. 49.51. abducitur in Babel.</i>	
<i>Aser-badden, Rex Babel.</i>	170	50. obiit. 51. distinguendus ab au-	
<i>Azaria, qui & Ozia rex Indæ. 39.40</i>		<i>ctore libelli Baruch.</i>	244
<i>Assuerus rex Persarum. 53.244.310</i>		<i>Baythos & Tzadok hæretici. 67.255</i>	
<i>Assuerus Antonini Pii filius.</i>	181	<i>Bebai, R.</i>	143
<i>Assyria regnum in duo quando divi-</i>		<i>Bebai liber.</i>	143
<i>sum.</i>	169	<i>Bel, idolum à quo multi Reges Baby-</i>	
<i>Astronomia inventio.</i>	196	<i>lonici denominati.</i>	163
<i>Atbalia regina.</i>	34	<i>Bel idolum destructum.</i>	175
<i>Athene urbs exstructa.</i>	167	<i>Belochus I. rex Babel.</i>	165
<i>Augustus Cesar. 82.86.178. in Iu-</i>		<i>Belochus II. rex Babel.</i>	165
<i>deos beneficus.</i>	ibid.	<i>Belochus III. rex Babel.</i>	166
<i>Augustini de LXX Interpretibus au-</i>		<i>Belsazar rex in Babel. 51.172. virtus</i>	
<i>daæ judicium.</i>	257	<i>à Cyro.</i>	ibid.
<i>Avot R. Natbanis.</i>	106	<i>Belus Iupiter rex Babel.</i>	163
<i>Aurum Templi Hierosolym. à Crasso</i>		<i>Ben Cuziba, qui & Bar Cochaba, se-</i>	
<i>ablatum.</i>	81.278	<i>metipsum Messiam faciens Roma-</i>	
<i>Azaria autoris Meor Enajim de tem-</i>		<i>nis rebellat.</i>	101.180.291
<i>pli primi duratione discursus. 221.</i>		<i>Benjamin natus.</i>	11
& seqq.		<i>Ben Merodach rex Babel,</i>	171
		<i>Ben Sir. 65.136. non esse Sirach.</i>	
B.		254.	
B <i>Asa rex Israel.</i>	29	<i>Ben Themurat Iudeorum persecutor.</i>	
<i>Babel urbs & turris. 162.163.</i>		137.	
<i>à Ninive quanto spatio distet</i>		<i>Bereſcbit Rabba liber.</i>	114
<i>ibid.</i>		<i>Bilhami & Balak historia.</i>	16
<i>Babylonia capta & regnum eius aboli-</i>		<i>Bitbere urbis excidium.</i>	102
<i>tum à Cyro & Dario.</i>	172	<i>Blasphemie Iudeorum de nostro D.</i>	
<i>Babylonia Regum catalogus. 162. &</i>		<i>Iesu.</i>	258. & seqq.
<i>seqq.</i>		<i>Bobemie regni exordium. 162.305</i>	
<i>Bylonici regni duratio & destructio.</i>		<i>Bojobinũ urbs postea Praga dicta. 306</i>	
173.		<i>Bononia capta per Mart. Schenck. 82</i>	

<i>Byzantium exstructum, & post à Chasdai R.</i>		114
<i>Constantini nomine indigitata. Chasmonai.</i>		311
171.	<i>Chasmonaeorum regni initium.</i>	71.
	73. 272. per Herodem excisum.	
	83. 280.	
	C.	
C abalistae Christiani notatur.	187	<i>Christiani Iudaei haeretici.</i> 89. 285.
<i>Cabalistica mysteria nihil sol-</i>		<i>Christianorum aere initium.</i> 177
<i>di habere.</i>	201	<i>Christianorum ex variis nationibus</i>
<i>Caleb natus.</i>	13	<i>rubrà cruce signatorum expeditio in</i>
<i>Cambyses fil. Cyri.</i>	175.	<i>terram sanctam.</i> 133
<i>Canaan terre subjugatio. 17. divisio.</i>		<i>Chronologi Iudeorum, autoritate pa-</i>
<i>ibid.</i>		<i>trum suorum fascinati.</i> 197
<i>Captivi Iudaei in Hispania.</i>	149	<i>Chulda Prophetissa.</i> 46. 243
<i>Captivitas Amon.</i>	20	<i>Claudius Caesar obiit.</i> 91
<i>Captivitas Assyriaca. 42. Babylonica.</i>		<i>Columba signum vexilli Regum Assy-</i>
49. 50. finitur. 52. ei cur xxx.		<i>rie.</i> 163
<i>annos deputaverit Deus, iuxta He-</i>		<i>Commeatus urbis Hierosolymae igne</i>
<i>braeos. 212. Decem tribuum. 44.</i>		<i>absumptus ante obsidionem.</i> 93
241. Gallica ultima. 146. In-		<i>Concilium Arrianum in Tyro babi-</i>
<i>deorum in Anglia. 142. in Por-</i>		<i>tum.</i> 312
<i>tugalia.</i>	150	<i>Concordantiarum liber ex lingua lati-</i>
<i>Captivitatum quatuor Israelis inter-</i>		<i>na in Hebraeam translatus.</i> 148
<i>vals.</i>	44	<i>Concubinae in Gibba historia.</i> 18.
<i>Carolus V. Imp. rogatur ut Iudaeus</i>		20. 21.
<i>fiat.</i>	152	<i>Contractuum aere exordium. 57. 58.</i>
<i>Caribago condita.</i>	167	190. occasio. 59. 61. de ea differ-
<i>Casimirus rex Poloniae pacem Iudeo-</i>		<i>tatio R. Azariae.</i> 247
<i>rum in concubinam sumens, Iu-</i>		<i>Cordubensium Israelitarum frequentia</i>
<i>daeus benefacit.</i>	182	<i>& magnificentia.</i> 130
<i>Castiliensium Iudeorum captivitas.</i>		<i>Cornelius sacrificulus Romae combu-</i>
145. cedes.	146	<i>stus.</i> 384
<i>Cerian.</i>	5.6	<i>Corfica inde appellata.</i> 166
<i>Cestius Rom. dux Iudaeam vastat,</i>		<i>Crassus Templum Hierosolym. spoliat.</i>
<i>sed victus Romam redit.</i>	91. 91	81. 278.
<i>Chabakuk. vide Habakuk.</i>		<i>Cratonia provincia Angliae.</i> 178
<i>Chabarim qui.</i>	87	<i>Creationem rerum uno momento fá-</i>
<i>Chanania Sacerdotum vicarius truci-</i>		<i>ltam esse quidam statuunt.</i> 185
<i>datus in excidio.</i>	94	<i>Cuthaeorum religio.</i> 106
<i>Chananiel R. mortuus.</i>	131	<i>Cuthaei Sanctuarium in monte Geri-</i>
		zim

I N D E X.

- Zim exstruant.* 80. 246
Cuthæi unde dicti, qui qualesque populi fuerint. 246
Cuziba. vide Ben Cuziba.
Cuzri vel Cosri liber. 132. 136
Cyrus rex in Monarchia Persica primus. 52. 174. 310. interfectus. 53.
D.
Daniel Propbeta captivus abducitur in Babel. 47. Bel idolum destruit. 175
Darius Medus super Chaldeos regnat. 52.
Darius fil. Hystaspis. 244
Darius secundus, fil. Assueri, rex Persar. 53. 172. ab Alexandro M. subactus. 57. 58
David natus. 22. rex. 24. 167
Davidica stirpis successio. 309
Davidica domus Duces. 311
David El-David, Pseudochristus, & ejus exitus. 135. 292. 300. 301
David Rubenita impiam presumptionem luit. 152
Debora & Birak. 19
Decem effatis mundum esse productam. 1. an verum? 185. 186
Decem tribuum deportatio. earundem reductio futura. somnium Rabbincum. 44. 241. 242
Decreta sanguinolenta in Iudeos Europeos. 133
Dedicationis solemnitas fixa in eternum. 74. 273
Dei nomen cur Hebraei sustulerint ex literis Contractuum? 191
Demetrii Phalerei suasu Ptolomeum
versionem Legis procurasse refutatur. 256
Denarii numeri superstitiosa affectatio. 1. 185. 186
Dies miraculi & liberationis, qui fuit incolis Aegypti. 151
Diluvii annus. 6. 7. 199. mensis. ibid.
Dina nata. 11. ejus historia. ibid. 203.
Discipulos D. Iesu quos & quot fingant Rabbini. 259. 261
Disputatio coram Papa inter Iudeos & sacrificulum. 145
Divisio terræ quando facta? 8
Doctores nostri excellentis nomine qui primi affecti? 147. *iste mos unde?* 148
E.
Ebran Judex. 21. 167. 218. cum fuisse Bobasum. 21. refutatur. 218.
Ecclesie Iudaicae discidium. 130.
Bartzelonensis decretum. 143
Ecclesiasticus liber. 66. 177. 254
Ebud judex. 19
Elab rex Israelis. 30
Eli, Elikim & Iebojakim, unus idemque. 309
Elias Tbisbaeus. 27. in cælum evehus. 32. 221
Elias Grammaticus. 151
Eliasb Sacerdos. 56
Eliezar Rabbi Sacerdos summus. 67. 70. 256. interfectus ab Antiocho. 72
Eliezar fil. Ananiae sacerdos summi Romanis se opponit, ducesque trucidat.

I N D E X.

cidat. 91.92.286 *Fœdus hominum in divisione terræ.* 8.
Eliezer R. autor libri Pirke. 97 *Romanorum cum Principibus Iu-*
Eliseus Propbeta. 32. mortuus. 38. *de.* 80.278

240.

Elisib sacerdos magnus. 311

Elon iudex. 21

Eltharis rex Babel. 165

Enoch natus. 5. assumptus à Deo.
ibid.

Enos natus. 5. obiit. 6

Epitaphium perquam hyperbolicum.
 133.

Epocharum Iudaicarum & Christia-
narum discrimen. 207

Esau natus. 10

Esther regina. 53.175

Estheræ libellus. 311

Euclides. 175. eius liber ex Arabica
in Hebraicam linguã versus. 142

Evilmodorech rex Babylonie. 47

Evilmerodach rex Babel. 51.244.
 172.

Exilium Bobemicum. 153.154. Iu-
deorum magnum in Gallia. 143.
in Hispania. 149

Exilia Iudeorum universalia per
Christianos facta quatuor. 305

Exitus Israelis ex Aegypto. 13

Expeditio Christianorum Europæorum
in terram sanctam. 133

Ezras è Babel ascendit Hierosoly-
mam. 55. quid egerit? 56.57

F.

F *Ames vebebens in Iudæa.* 85

Felix Præses Rom. Iudeos affli-
git. 91.286

Figura superficialis & cubica seu qua-
drata, quid differant? 2

G.

G *Allie rex rogatur ut Iudaicam*
religionem suscipiat. 152

Gallorum in regno Navarra sæditia
in Iudeos. 144

Gamaliel senex. 87.88.89.283

vestibus lineis ad sepulchrum ferri-
se jubet. 88

Gamaliel II. R. 97

Gamaliel III. Princeps. 109

Ganzii vernile ingenium notatur. 217

